



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Exercitivm XXVI. Manna, quo Hebræorum populus alsus fuit Sacramenti  
huius figuram gessisse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

DE SAC. EUCHARISTIAE. 17

O tabis pro Christianis, qui à Turcis alijsque infidelibus in captivitatem abducti sunt, ut Deus illos a servitute spirituali & corporali clementer eximat.

EXERCITIVM XXVI.

Manna quo Hebraorum populus alius fuit sacramentib[us] figuram ges-  
sif[er]e. Domini n[ost]ri Iesu Christi  
P[re]Y N C T A M E D I T A T I O N I S.

C O N T E M P L A R E anima mea,  
Deum populo suo Israelicico, post  
transitum maris rubri in deserto, Manna  
in cibum præbuisse, quod figuram cælestis  
huius Sacramenti gessit: quod iis qui per  
aquam baptismatis transierunt, atque in  
deserto periculose huius vitæ versantur,  
collatum est.

2. C O N S I D E R A, populum Dei,  
quod terram promissionis intraret, Man-  
na sustentatum fuisse: quo significatur, po-  
pulum Christianum sacro sancta Euchari-  
stia se nutrire debere, quam diu degit in ha-  
peregrinatione, quo usque ad cælestem pa-  
triam perueniat.

3. EXPENDE tecum, in collectione  
Manna non plus reperire illum, qui mul-  
tum collegerat quam qui parum: ita & in  
hoc Sacramento quantum accipit, qui mag-  
nam hostiam sumit, tantum accipit etiam  
qui paruam hostiam, aut exiguam illa  
particulam sumit.

4. CONSIDERA Mannam non tan-  
tuſſe cibum suauem, sed omnis saponi-  
suavitatem in se continuuisse: sic sanctum  
hoc Sacramentum, quia Christum  
se continet, non modo in se perfectum  
sed omnium creaturarum perfectiones  
se complectitur.

5. REVOLVE tecum, Iudeos  
Manna contemnebant, aut de illo nau-  
tes murmurabant, seuerè à Deo puni-  
tuſſe: sic etiam omnes, qui venerando  
hoc Sacramentum paruipenderunt, &  
tempserunt, diuinam in se ultionem  
pertisunt, vii ex quamplurimis miracu-  
patet, aut ad maiora, in altera vita supplici-  
reservati fuerunt.

#### COLLOQVIVM.

PROFICISCERE popule Dei in Palestina  
quo ducetis per diem in columnā habu-  
per noctem in columnā ignis. Videntur hodie  
etiam in deserto constitutus, A Egy-  
pti

farinæ tibi deficiant: quia D e v s tuus tan-  
te potentiæ atque benignitatis est , vt tibi  
aliquid deesse pauperus non sit. Ne dubites,  
cum tui recordari, cum ipse dixerit: Etiam-  
si mater obliterata fuerit infantis uteri sui : ego  
tamen non obliuiscar tuis. Causa tu potius ne il-  
lius obliuiscaris, inde enim tibi non medi-  
ocre damnum accederet. Agite filij Israël , e-  
gredimini omnes ad colligendum Manna,  
quod vobis D e v s de cælo pluit : sed non  
debet, vos ita Mannæ de terra colligendo  
intendos esse , vt non aliquando oculos ad  
celum attollatis, atque illi qui Manna hoc  
vobis preberet, gratias referatis. Anima mea,  
si Patriarchas , qui præsentes extiterunt,  
quando D e v s Manna de cælo pluit , in-  
terrogaueris, quanti æstimauerint hoc do-  
num: respondebunt tibi tantum, quantum  
vitam propriam : quia nisi hoc Manna re-  
fecti fuissent in scelis & infructifera soli-  
tudine animas suas exhalassent. Confer A-  
nima, Sacramentum hoc nostrum , cum  
Manna quod illius figura fuit, & iudica de-  
inde, quanti illud facere debeas : nisi enim  
statera iudicij tui te sefellerit, pluris quam  
vitam tuam illud æstimas: quia Manna  
vitam duhtaxat corporalem aluit, populū-  
que Hebreum à præsenti famis exitio &  
morte temporanea liberavit : sed sacra Eu-  
charistia,

charistia, vitam spiritualem conseruat, & hominem ab æterna morte liberat, illam Christi sententiam. Panes restituimus ducauerunt manna in deserto ex mortuus sunt, si qui manducauerit ex hoc panis, vivet in aliis. Manna Angelorum misericordia opistum est nostrum Sacramentum ab ipso. Deinde Angelorum Domino institutum fuit. Mana Iesibus videbatur esse Manna, non plusquam Manna sed nostrum Sacramentum. Et verum Christi corpus accidens panis contextum. Manna denique omnis saporis suavitatem, quod comedens derabat, in se complectebatur: at nostrum Sacramentum, quia spiritualis & divinis cibis est, omnium virtutum germen continet.

Decerne modo Anima mea, quanto pretio arque æstimatio de illud habere? beamus quantum etiam tanti beneficiorum & largit. In toto cordis affectu gloriam agere deginasti simus: quam de iure naturi consentaneum sit, vitam & sanguinem in illius obsequijs expendere.

Iudica num summus hic Dominus, etiam rationem non habeat in omnes, per ingratitudinem, aut peruersam voluntatem augustissimum hoc Sacramentum paruipendunt, animaduertendi, eosque

uerissimè castigandi? quis enim ambigat iuste illos vita spoliari, qui vitæ largitorem contemnunt & aspernantur? Non te fugit, Anima mea quomodo Iudei, qui Manna naufragantes, atque contra D e v m murmurantes, cibum leuissimum illud appellabat, ignitorum serpētum morsibus in serandū in modum interierint? Quæ ergo pœna mactabit eos, qui de hoc Sacramento murmurant? quod tanto Manna dignius est, quanto D e v s dignior est Creatura?

**ORATIO.**

*P*lissime IESV per illam amaritudinem quam sensisti ex felle & aceto, quo in passione tua potatus fuisti, te obsecro: impetrare mibi hanc gratiam, ut omnium rerum terrenarum gustum ac sensum amitteram, & sacrosanctæ duntaxat Eucharistie suavitatem degustum, ut quam suis est Dominus experiens, amplius a te non separer, Amen.

**MIRACVL A.**

*S*vris die 19. Septemb. scribit Elzeariū comitem uxori suæ cum qua perpetuā scrubat virginitatem dicere solitū fuisse:

quoties sacro sanctum Christi corpus sumeret, se tam perfectam in ore suo sentire suavitatem, ut omnis alia dulcedo in illius comparatione nihil sit. Vxore vero causam huius suavitatis suscitante respondit: Ex diuina id permissione fieri, ut cognitum habens quantæ suavitatis sit hic cibus, tanto maiori cum desiderio illum frequentaret.

In serm. 72. Discip. memoriae proditum est: Fratrem quendam ex ijs, quos Conuersos appellant, post diurnos labores, orationes & ieiunia promeruisse, ut quadam die communicans incredibilem in toto corpore suo experiretur suavitatem, omnem aliam suavitatem, quam in mundo vngustasset iasiriris partibus excedentem: qua tantoper delectabatur, ut alteri fratelli quem forte obuiam habuerat, osculum porrigeret, quo cum hac ratione, dulcedinis quam sentiebat partem redderet. Sed contra accidit, quia statim omni hac suavitate spoliatus fuit.

Nauclerus in Chronolog sua sub anno domini. 1280. refert, Traiecti in Belgio ducentos homines, cum viros, tum foeminas in ponte supra mosam strato, tripudiantes, aliosque ludos exercentes, cum sanctissimo Eucharistiae Sacramento isthac forte de-

to, nullam reverentiam exhiberent, nec à  
saltu cessarent, subito pontis casu omnes  
fuisse oppressos, vel in Mosa flumine sub-  
mersos, excepto uno, qui miraculitestis  
esset.

DOCUMENTVM.

Fili ex his exemplis, amorem pariter ac  
reverentiam erga sanctissimum Eu-  
charistia Sacramentum haurire potes: A-  
morem propter insignia dona, quædigne  
sumentibus la gitur: Honorem, reverenti-  
am & timorem filiale eum qui à nobis  
magna estimacione haberi dignus est,  
non offendendi, quia in sui contemptores  
seuerissime animaduertit.

Quabis pro omnibus Eremitis & alijs soli-  
tariam vitam in desertis locis ageati-  
bus, ut D E v s spiritum suum  
& perseuerantiam illis

largiatur;

H. EXER-